I.–P. 25. . . . . Arch. Cit. [illegible]

IX.
~~9.~~ pars. De variis commotionibus occasione Eçelini[*] f. 163'

et Pelavicini.

Eodem anno Brixienses in devotione et reverentia
ecclesie se de cetero manere promittunt et concives suos
a vinculis absolvunt. Quod Eçelino et Pelavicino molestum
fuit nimis. // Eodem anno Papienses primo, deinde Pla-
centini Pelavicini dominium subsceperunt. // Tunc Albe-
ricus frater Eçelini, qui cum eo diu male fuerat, quasi 79.
alter Herodes cum Pilato confederatur. In Brixia ini-
mici Eçelini timentes tradi simul cum civitate in
manibus tyranni illius, ab amicis ipsius, eos cum pote-
state in vinculis posuerunt. // Quidam quoque Cremonenses*) *) Cremonenses, om. exp.
potentes contra suos adversarios concitati, Cremonenses
et Pelavicinum in suum vocaverunt auxilium, et ex-
pulsa parte adversa, Crema Pelavicino remansit sub-
iecta. // Tunc etiam ~~1258~~ MCCLVIII° Veneti in Athon Paduenses
superaverunt in mari et in terra, locum quoque ac turrim captum c.
munitissimam destruxerunt.

X.a
~~10.~~ pars. De captione legati et discessione

inter Eçelinum et Pelavicinum.

Tunc etiam cum legatus supra notatus Pelavicino[*] *) ead. m. in marg. suppl.
cum exercitu Brixiensium et Mantuanorum occur-
risset iuxta quoddam flumen, subito Eçelinus cum suo
exercitu Pelavicini exercitui iunctus est, simulque flumen
Olei transeuntes, hostes suos in fugam verterunt, ca-
pientes legatum cum multa populi quantitate. Qui
vero ad custodiam manserant civitatis, furore tyrannorum
territi, protinus eis civitatem tradiderunt. Sed hoc tyrannis
affuit causa discidii. Dum enim superbia Eçelini
parem non sustineret, Pelavicinum a dominio Brixie
paulatim repellit et in fine * totaliter excludit. Pro- f. 164.
inde suadente prudente viro Bosone de Dovaria cive
Cremonensi, Pelavicinus et Cremonenses, relicto Eçelino,
a quo pluries offensi fuerant, cum marchione Estensi
et Mantuanis se ligant. // Tuncque implacabilis discordia
Mediolanensium et Cremonensium sedata est, ~~1259~~ MCCLIX,
immo ~~1261~~ MCCLXI, 25. XXV. Iunii. Quo anno Michael Paliologus,
iam fortificatus in dominio, Latinis Constantinopolim